Turbã igitur metuens: ut erat ſua cuiq; cupido

Annui & Barrabã merita ceruice ferentem

Exitiale iugum ſub libertate Pilatus

Scimus
Reddidit atq; Iesum qui nō peccauerit unquam
Traderet ut populo s̄uis cādebat habenis.
Iam medium sup̄ata cohors suscepit & illum
Coccinea chlamydem regum gestaminis instar
Induit atq; manū firmavit arundine: tanq̄
Scep̄trū accepisset: tamē & regnare nequiret:
Et rigidam statuunt spinarum in fronte coronam.
Et genubus nixi dicebant inclyte salve
Rex iudæorum: consputis deinde saluis
Fœdantes: baculo pulsabant & caput & iam
Purpurea tunica spoliantes protinus: illum
Veste sua operiūt iterum: ad pœnāq; trahebant
Pone crucem sibi gestantes: miserabile uisu.

Tum Cyreneum uenientem forte Simonem
Compellant: oneriq; pio dare colla paratus
Tollere: post dominūq; crucem portare iubetur:
Turba frequens populi sequit̄ lachrymāsq; gemē
Precipue matres: quibus is: nō flere super me
Hierusalem nata: sed uos uestramq; futuram
Flere decet sobolem: quoniam labētibus annis
Tempora mox aderunt: possint quom dicere uere.
Felices uteri. quarum non pignora norunt:
Felices mammæ: quæ nō alimenta dederunt:
Vobis tempus erit: quo perquiretibus: ullus
Non dabit auxilium tunc dicere quisq; ualebit
Nos super o montes casum deducite: colles
Nos operite: immoq; inuoluite flumina fundo.
Nempe hæc si in uiridi faciunt ac fronde uirentis:
Quid fiet sicco in ligno & uirtute carenti?

Tunc etiā geminos secum adduxere latrones:

C

Agrippis ad mortem uocantur
quis omnia flagella s̄uam d̄p̄id
p̄p̄it ut n̄t d̄id̄ q̄m ego pla
galla p̄p̄it p̄m̄ t̄ d̄id̄ n̄t
p̄p̄it n̄t p̄p̄it
Cocciatue d̄p̄it q̄ p̄p̄it
n̄t p̄p̄it q̄ n̄t p̄p̄it
n̄t p̄p̄it p̄p̄it n̄t p̄p̄it
n̄t p̄p̄it n̄t p̄p̄it

Simon ille p̄p̄it post
d̄p̄it n̄t p̄p̄it n̄t p̄p̄it
n̄t p̄p̄it p̄p̄it n̄t p̄p̄it
n̄t p̄p̄it n̄t p̄p̄it

Agrippis qui n̄t p̄p̄it
p̄p̄it n̄t p̄p̄it n̄t p̄p̄it
p̄p̄it n̄t p̄p̄it n̄t p̄p̄it
p̄p̄it n̄t p̄p̄it n̄t p̄p̄it
p̄p̄it n̄t p̄p̄it n̄t p̄p̄it
p̄p̄it n̄t p̄p̄it n̄t p̄p̄it

Annosum tenet
p̄p̄it n̄t p̄p̄it n̄t p̄p̄it
p̄p̄it n̄t p̄p̄it n̄t p̄p̄it
p̄p̄it n̄t p̄p̄it n̄t p̄p̄it

^{latrones} Cum Christo simul ut crudeli morte necarent.

*Describitur quomodo loci
aut magister loci
hoc appellatur*

Est locus egressus de nomine Golgotha dicitur

Illic difficilis cultu lapidosaq; tellus:

Huc ubi deuenere omnes: sublimis ad auras

*Dei & Angeli
Cuncti & horum
Nuntii & alij*

Erigitur duroq; in cespite construitur crux.

Tum uero horrenduq; & lamentabile factum

*Est clamor
et gemitus*

Cernere erat: cum presertim sublime leuatum.

Qui mare qui terras qui caelum numine torquet

Extendit. huius penetrantq; manusq; pedesq;

Sub ligno: duris & amara cuspide clauis.

Protinus attollunt meritis hinc inde latrones:

Hic dextram Christi comitatur: & ille sinistra.

*Quomodo omni
responso latro
pateris respicit
pateris & misericordiam
meam respicit
pateris & misericordiam
meam*

Suspiciens autem caelum Iesus: o pater inquit

Omnipotens (neq; enim scire est coelesa potestas

Quid faciatis) (tanta est caligo) errantibus illis

Da facilis ueniam: atq; uolens ignosce benigne

*Supra tinnit
hinc pater respicit
pateris & misericordiam
meam
pateris & misericordiam
meam
pateris & misericordiam
meam*

Tunc etiam scelerata cohors: ne quo irrita uerba

Effluerent: quae iam praedixerat ipse propheta

Vestem quae domini fuit inconlutilis: atq;

Vndiq; texta super: manibus rapuere cruentis

Sortitq; supra: stabant populusq; patresq;

Primoresq; sacerdotu risumq; trahebant:

Capite

Multa super Christo sanda atq; nefanda ferentes

Tu ne ille es domini templu qui no dubitaris

Diruere: inq; tribus rursu aedificare diebus?

Ergo age si summi uera atq; electa propago

Diceris esse dei: si quid potes arte magistra

In libertatem: e manibus te proripe nostris

*Domini hinc
ne quae est
magistra
et hinc*

Si bene saluasti reliquos: fac te quoq; saluum?

In cruce praeterea causam titulumq; Pilatus

*Quomodo pater
respicit
pateris & misericordiam
meam
pateris & misericordiam
meam
pateris & misericordiam
meam*

7112
Scripterat Hebræis Græcis uerbisq; Latinis:

Qui modo Iudææ fueras rex unicus: idem

Nazarea de gente Iesus: cruce pendulus hæret:

Quod tunc Iudæi scriptum mutare rogantes:

Non ita dixerunt: neq; enim tua dicta Pilate

Consona sunt meritis: populum gentemq; uolebat

Iudæam premere imperio scriptura loquatur:

Nam nisi Tyberium colit Hierosolyma regem:

Abnuit & scripto firmum iubet esse uigorem.

Aufus quin etiam simul ex pendentibus unus

Dum stupet illatas patientem corpore pœnas

Arguere: atq; Iesum duris incelsere uerbis:

Hæc ait: o si te Christum facis omnipotentē:

Quid struis heu demēs: aut qua spe sub cruce pēdens

Te iam te saluū faciens nos eripe tecum.

Sed miserum dictis sic increpat alter acerbis

Nonne deum: & supplicio tenearis eodem

Nūc ne ubi uult q; cuncta pōt: tremis: iprobe nec dū

Perfidiam & sceleris sentis periuria nostri:

Ille mali meritis nihil est: nos dira meremur

Cuncta pati: & scelerum dignas expēdere pœnas.

Dehinc se ad dominū uertens: pater optime dixit.

Sub quo sola salus mihi iam miserere precanti:

Cumq; tuum regnū superasque adueneris oras

Oro mihi facilis: nostriq; haud immemor esto:

Christus ad hunc: ut ne dubita: nam uera uidebis:

O iuuenis fidei confidentissimæ nostræ.

Namq; hodie mecum paradisi celsa tenebis.

A stabantque cruci pia mater: itemque Ioannes:

Discipulus: Cleophæ Magdalænæq; maria

Christo postea
datis quibuslibet repositis
in quibuslibet diebus quos
nos uocabant in hoc die
et postea hinc latuit
in hunc diem

Quidam
omnibus aliter
omnibus aliter
omnibus aliter
omnibus aliter

omnibus aliter
omnibus aliter
omnibus aliter
omnibus aliter

Clamoris

Reminiscens
omnibus aliter
omnibus aliter
omnibus aliter
omnibus aliter

manifestare

Frangunt lapides: & apertis multa sepulchris

Corpora sanctorum: discussa morte uirorum:

Surgebant somno passim: se sequere ferebant

Hierusalem uersus: mirantibus obuia multis:

Talia Centurio: quique in statione manebant

Seruabantque crucem cernentes. multa pauebant:

Dicebantque: dei fuit hic certissima proles.

Iudaei interea post acta nefanda precantes

In cruce ne festo remanerent corpora magno

Pendentium: precibus summis adiere Pilatum:

Annuit ille: & quom triuisset crura latronum

Atque Iesum peterent. iam uitae munere functum:

Inuiolata sinunt: ast ordinis unus equestris

Vulnere praetentans latus eius fodit: & ecce

Fluxus aquae puro sparsim cum sanguine manat.

Hac rem qui uulnus Christo intulit: oibus idem esse

Testatus: namque ut perhibet caecatus in annos

Complures: tali contactus sanguine uidit.

Atque ut sanctorum plena essent carmina uatum:

Scilicet haec: os ex illo non comminuetis:

Atque alibi: dominum quem transfixere uidebunt.

Ultima secreti fuit experientia ueri.

Nox erat. interea Ioseph pro sorte decem uir

Ex Arimathia: uir diues: clarus: amator

Iusticiae: quia & ipse Iesu carissimus olim

Discipulus fuerat: furtim uenit: absque Pilato

Impetrat: ut cari corpus sibi donet amici.

Conuenitque simul Nicodemus aromatha portans

Et mirrae atque aloes centum fragmenta libras.

Suscipiuntque Iesum frigentem: & sudone uoluunt

Centurio qui in hoc loco...

Uenit pro Iesu...

Et postquam...

Uenit pro Iesu...

Uenit pro Iesu...

Locus...

Sanctus...

^{ad. ing.}
Linteæ dant circum: miscentq; in funere odores.
Ab cruce nõ longe fuit hortus: ibique sepulchrũ.
Perpetuo excisum saxo: quo conditus unquã
Nullus erat: tali ergo Iesum includere latebra.

*Chry. Hic dicitur de
in primis
dicitur de
quod dicitur
fuit dicitur*
Et finem hunc habuit rerũque hominũq; repertor.
FINIS.

Carmen. Vt se quisq; intelligat moriturũ.

h Vc moriture ueni: rebus sublata secũdis:
Ingentiq; petens quisquis dominaris in aula:
Quique sub illustri gaudes spem ponere regno:
Et tibi perpetuæ promittis tempora uitæ:
Teque Iesu exemplo formãs: & tu quoque mortem,
Disce pati: mortemq; ueni non asper in una.
Non te cõgeries rutilantis uasta me tali
Nec tua lapsurum cælo prolata iuuabunt
Mœnia: formoso nec quãuis pectore forti
Nomina magnorũ referas præclara parentũ
Terrarũ dominis nec nõ & regibus altis:
Pauperibusque simul moriendũ est omnibus æque.
FINIS.

Eiusdem Baptistæ Episcopi Regiensis Oratio
ad beatam uirginem.

a Lma decus superum uirgo regina gradusque:
Quo datur ad summi tecta tonantis iter.
A me luce tua funestam discute noctem.
Quicquid & impuræ mens mea sordis habet.
Virgo eadem pollensq; tui matrona parentis:
Vna dei genitrix filiaque una dei

En morior princeps cum sacro Petre senatus
Portas nunc refera clauiger æthereus
En morior: sancti quos mors speciosa coronat
Ut mea sit grata mors rogitate deum.
En morior sancti quos iam sacra mensa cibauit:
Me uestris meritis: quæso iuuate reum.
En morior. Sancti quos sanus sæpe rogauit
Iugiter insidias demonis eruite
En morior cuncti nunc intercedite fratres.
Ut mihi condonet debita quæq; deus.
En morior. cunctis dimitto debita corde
Et uos laxate debita quæq; mihi.
En morior quanq̄ demon tentamina sufflet:
Constans in fidei stipite non titubo.
En morior nullam pro factis spero coronam.
Sed ueniam: Christi passio sponte dabit.
En morior. quanq̄ fuerint mea crimina multa:
Lotus in Christi sanguine lætus ero.
En morior grauibus teritur nunc hæc caro' pœnis
Purior egrediar: si luo nunc merita.
En morior. quantum mihi confert gratia Christe
Ut sibi conformis corpore in hoc patiar.
En morior. Christus sumpsit post uulnera cælum
Scandens per Christi firmata firmus eo.
En morior. Christus pro me fuit ipse peremptus
Gaudens in Christi stigmatate suscipiar.
En morior. Christi iam sacramenta recepi:
Firmus diuino pignore tutus ago.
En morior. mors iam lætum me redde creati.
Scandere nunc uitam morte cadente puto.

En morior. solitus diuinis promere laudes
Sperans in cælis psallere nunc propero.
En morior. præsens hæc mors est mox moritura
Vt fruar æterno lumine nunc otheo.
Hoc uerbum morior iam mihi dulcescit in ore.
Nam mors nūc moritur: uitaq; uere datur.
Non morior proprie: sed profus dicor obire:
Ob uiam stabilem morte solutus eo.
En morior non sperno mori mors carnis adaptat
Nos uitæ cæli: psallite dum morior.
En morior non credo mori: sed uiuere semper:
Exue nunc carnem mens fruitura deo.
En morior. peregrina diu mens læta repose.
Aethereos thalamos: te uocat ecce deus:
En morior. Fugiatq; sathan. nūc psallite semper
Angelicis choris reddite me socium.
En morior iam Christus adest mens uincla resolue
Posce sinum sponsi sanguine lota suo.
En uenio. mi Christe deus: tua mors ueneranda
Det mihi nunc uitam. purget & omne nefas.
En uenio. rigidum iam nō formido tribunal:
Nam iudex soluit debita quæq; mea
En uenio. lætus purgantes appeto flammæ.
Per quas sit pietas insita iusticiæ.
Ambas Christe tuas uirtutes perfice qua so:
Sis pius & iustus: sic tibi crescat honor.
Non renuo pœnas quas tu iustissimus inferis
Nam bene purgato Christe dabis requiem.
Conferat ipsa mihi ualidam tua mors pietatem.
Iusticiamq; piam det mihi pœna breuis.

In qua se clausit quem nulla potentia rerum
Nec mare nec cælum uastaq; terra capit:
Tu mihi terrenas contra insidiasq; latentis:
Adsis præsidio consilioque precor.
Hoc precor acceleres uirgo dilecta priusquã
Ingruit horrende mors uiolenta pede.
Et miserata meos uirgo generosa labores:
Præsidio hanc animã erige diua humilem:
Nec quia de uili consistet mea corpora limos:
Despice: quæ mundi regna superna tenes.
O matutinum sidus: lumenque sereni
Verticis: humanũ quæ bene uertis iter:
Funde tuos in me radios mitissima funde:
Errantem & fessam dirige diua ratem.
Nam patuit cælum tibi primũ: & lapsa repente
Gratia: clausa prius: te benedicta replet.
Labere nimpha polo: pariterque infundere nobis
Qui per te longas querimus usque uias.
Libera te celsis adsciuit gratia rebus
Stellanti & solio te dedit illa deam
Da mihi te talem: nec mi uirgũcula peius
Affueris: summis q̄ pater ante tibi.
Quin etiã lachrymas tibi quas sine more cadentes
Spargo: precor sancto suscipe diua sinu.
Scis me cõgenerem: scis me pulcherrima fratrem
Esse nec id fas est dissimulare tibi.
Tolle moras igitur: pietas nam plena iacentem
Erigit & nullas nouit amica moras.
Et propera auxiliũ nec summã differt in horam:
Qui lupus errantem deo ret asper ouem.

Da dextram misero: nequeã qui exurgeret nãq; hinc
Intima me fallunt: hinc aliena premunt.
Urget prima caro tenerum: mox prælia mūdus.
Duplicat. & fremitu uexat utrinq; leo.
Territa mens pauitatis tris tantos debilis hostes
Quæ se non sentit uiribus esse parem:
Nec igitur clipeum te pone ad prælia uirgo
Quæ fera te contra iugiter arma ferunt.
Da fidei uitam: superiq; parentis amorem
Atq; hominum: da me noscere rite queam.
Da ueteres culpas flere: & puduisse nefandi.
Tale queam cursus ne cadere in uitium.
Semper & o presens adsis mihi nocte dieq;
Ne recidam sesus & genua ægra trahens.
Meq; sub extremo mortalis cardine uitæ:
Fer tecum ad superos regia uirgo polos.
FINIS.

RECOMMENDATIO ANIMAE IN EX-
tremis cuiuscunq; laborantis.

Si lætus spectare uelis tibi sorte propinquam
Mortem: mente lege plenum dulcedine carmen.

e N morior. dextrã mihi porrige Christe iacētī
Ecce tuã Christe præfero fronte fidem.

En morior. curam de me pia sume Maria
Imperioq; tuo demonis arma cadant.

En morior. Michael cælestis miles adesto.

Vt reprimas hostes nunc meus esto pugil.

En morior. Christum pro me Baptista rogato:

Vt cruor abstergat sordida quæq; sauis.

12
Non decet ut minimū mihi clemēs perdat honorem
Regula iusticiæ: sit tamen ipsa minor.
Excedat pietas: extingat & ipsa rigorem.
Ecce uocas uenio: suscipe pastor ouem.
Per mortem pie Christe tuam mihi uita perennis
Nunc datur: occurre Christe benigne mihi.
FINIS.

Lactāti Firmiani de passiōe domini carmē heroicū.

q Visquis ades: mediūq; subis in limina templi:
Siste parū. in fontēque tuo p crimine passū:
Respice me: me conde animo: me in pectore serua.
Ille ego: qui casus hominū miseratus acerbos.
Huc ueni: pacis promissæ interpret: & ampla
Communis culpæ uenia: hic clarissima ab alto
Reddita lux terris: hic alma salutis imago.
Hic tibi sum requies: uia recta: redēptio uera.
Vexillumq; dei: signum & memorabile fati.
Te ppter: uitamq; tuam sum uirginis aluum
Ingressus: sum factus homo: atq; horrentia passus
Funera. nec requiem terrarū in sinibus usquā
Inueni: sed ubiq; minas: ubiq; labores:
Horrida prima mihi in terris magalia Iudæ
Hospicia in partu: sociæque fuere parenti.
Hic mihi fusa dedit bruta inter inertia primū
Arida in angustis præsepibus herba cubile.
In phariis primos uixi regionibus annos
Herodis regno profugus reliquosq; reuersus
Iudæam: semper ieiunia: semper & ipsam
Pauperiem extremam: & rerum inferiora sequutus.

Semper egens monitis humana salubribus almæ
Ingenia ad studium probitatis aperta salubri
Plurima doctrinæ iniungens miracula. quare
Impia Hierusalem rabulis exercita curis
Inuidiæ, sæuisq; odiis: & cæca furore.
In fonti est pœnis lætalibus ausa cruentam
In cruce terribili mortem mihi querere: que si
Lacius ipse uelim distinguere: si que per omnes
Ire iuuet gemitus: mecū & sentire dolores.
Collige cōsilia / insidiasue / meique nefandum
Sanguinis innocui precium / & simulata clientis
Oscula: & insultus: & sæuæ iurgia turbæ.
Verbera præterra: & prôptas: & ad crimina linguas
Fige animo: & testes & cæci infanda Pilati
Iudicia: ingentem que humeros & fessa primentem
Terga crucê: atq; graues horrêda ad funera gressus.
Nunc me nūc uero desertum extrema sequuntū
Supplicia: & dulci procul a genitrice leuatam
Vertice adusq; pedes me lustra: en accipe crines
Sanguine cōcretos & sanguinolenta sub ipsis
Colla comis: spinisque caput crudelibus haustū
Vndiq; diua pluens uiuum super ora cruorem.
Compresos speculari oculos: & luce carentes.
Afflictasque genas: arentem suspice linguam
Felle uenenatā: & pallentes funere uultus.
Cerue manus clauis fixas: tractosq; lacertos:
Atq; ingens lateri uulnus: cerue inde fluorem
Sanguineū: folsosq; pedes: artusq; cruentos:
Flecte genu: lignūq; crucis uenerabile adora
Flebilis: innocuo terramq; cruore madentem.

Ore petens humili: lachrymis suffunde subortis.
Et me nō nunq̄ deuoto in corde meosque
Fer monitus: sectare meæ uestigia uitæ.
Ipsaque supplicia inspiciēs: mortemq; seueram
Corporis innumeros memorās: animiq; dolores
Disce aduersa pati: & propriæ inuigilare saluti.
Hæc monumēta tibi: si quādo in mente iuuabit
Voluere: si qua fides animo tibi ferre meorū
Debita si pietas: & gratia digna laborum
Surget: erunt ueræ stimuli uirtutis: eruntque
Hostis in insidias clipei: quibus acer in omni
Tutus eris: uictorq; feres certamine palmā.
Hæc monumenta tuos si labilis orbis amicus
Auertent sensus: fugiente decoris ab umbra
Mundani efficient: ne spe captatus inani
Mobilis occiduis fortunæ fidere rebus
Aueris: aut uitæ sperare fugacius annis.
Sed te nimirū: sic ista caduca uidentem.
Sæcula: & exutam patriæ melioris amore.
Orbis opes: rerumque usus: & uota priorum.
Moribus extollens sacris: uitæque beatæ
Spe duras inter pœnas: te rore fouebunt
Cælesti: pactiq; boni dulcedine pascent.
Purpuream donec post ultima fata relicto
Corpore: sublimes animā reuocabit ad auras.
Gratia magna tibi tunc omnem exuta laborem.
Angelicos tunc læta choros: aciesque beatas
Sanctorum inspiciens: æternæ pacis amœna
Perpetuo felix mecum regnabit in aula.

FINIS.

Cæcilius Cyprianus Episcopus Carthaginensis
de ligno Crucis.

e St locus ex omni medius: quē cernimus orbe
Golgotha ludæi patrio cognomine dicunt.
Hic ego de sterili succisum robore lignum
Plantatū memini fructus genuisse salubres.
Non tamen hos illis. qui se posuere colonis
Præbuit. externi fructus habuere beatos.
Arboris hæc species. uno de stipite surgit.
Et mox in geminos extendit brachia ramos.
Sicut plena graues antennæ carbasa tendunt.
Vel cum disiunctis iuga sunt ad aratra iuuenis.
Quem tulit hoc primo maturo semine lapsum
Concepit tellus: mox hinc mirabile dictū
Tercia lux iterum terris: superisq; tremendū
Extulerat ramum uitali fruge beatū.
Sed bis uicenis firmatus & ille diebus
Cruit in immensum: cælūque cacumine summo
Contigit: & tandē sanctū caput abdidit alto.
Dum tamen ingenti. bisenos pondere ramos
Edidit: & totum spargēs porrexit in orbem.
Gentibus ut cunctis uictam: uitāque perennem
Præberēt. mortemque mori qui posse docerent.
Expletis etiā mox quinquaginta diebus.
Vertice de summo diuini nectaris haustum
Detulit in ramos cœlestis spiritus auræ.
Dulci rore graues manabāt undique frondes.
Ecce sub ingenti ramorum tegminis umbra
Fons erat. hic nullo casu turbante serenus

Perspicuis illimus aquis: & gramina circum
Fundebant lætos uario de flore colores.
Hunc circum innumeræ gentes. populiq; coibant
Quam uarii generis/sexus/ætatis/honorum.
Innuptæ nuptæq; simul/uiduæq; nurusq;
Infantes/pueriq;/uiri/iuuenesq;/senesq;
Hic ubi multigenis flexos incūbere pomis
Certabant ramos: auidis attingere dextris
Gaudebāt: madidos cœlesti nectare fructus.
Nec prius hos poterant cupidis decerpere palmis.
Quam lutulēta uiæ uestigia scæda prioris
Detererent: corpusq; pio de fonte lauarent:
Ergo diu circum spaciātes gramine molli
Suscipiunt alta pendentes arbore fructus
Tum si qui ex illis delapsa putamina ramis.
Et dulces multo rorantes nectare frondes.
Vescuntur: ueros exoptant sumere fructus.
Ergo ubi cœlestem ceperunt ora saporem.
Permutant animos: & mentes perdere auaras
Incipiunt: dulcique hominē cognoscere sensu
Insolitum multis stomachū mouisse soporem
Vidimus: & fellis commotū melle uenenum
Reiecisse bonos turbata mente sapes.
Aut auide sumptum non dilexisse: diuque
Et male potatam tandem euomuisse saporē
Sæpe quidem multi renouatis mentibus agros
Restituere animos: & quæ se posse negabāt
Pertulerāt: fructumq; sui cepere laboris.
Multi etiam sanctos ausi cōtingere fontes
Discelsere iterum subito. retroq; relapsi

Sordibus: & cæno mixti uoluuntur eodem?
Multi uero bono portâtes pectore totis
Accipiunt animis: penitusq; in uiscera condunt
Ergo qui sacros possunt accedere fontes.
Septima lux illos optatas sistit ad undas.
Tingunt in liquidis ieiunos fontibus artus:
Sic demū illuuiem mentis: uitæq; prioris
Deponunt labem: puraq; a morte reducunt
Illustres animas: cœliq; ad limen ituras.
Hinc iter ad ramos: & dulcia poma salutis
Inde iter ad cœlum per ramos arboris altæ.
Hoc lignum uita est cunctis credentibus amen.

FINIS.

14

Ioannis Pici Mirandulæ deprecatoria ad deū Elegia.

a Lme deus summa qui maiestate uerēdus
Vere unū in triplici numine/ numen habes
Cui super excelsi flāmantia mœnia mundi
Angelici seruit turba beata chori:
Cuius & immēsum hoc/ oculis spectabile nostris
Omnipotens quondam dextra creauit opus:
Cætera qui torques qui nutu dirigis orbem/
Cuius ab imperio fulmina missa cadunt:
Parce precor miseris nostras precor ablue sordes/
Ne nos iusta tui pœna furoris agat.
Quod si nostra pari pensentur debita lance
Et sit iudicii norma seuera tui/
Quis queat horrendū uiuentis ferre flagellum
Vindicis: & plagas sustinuisse graues:

Non ipsa irate restabit machina dextræ
Machina supremo non peritura die:
Quæ mens non primæ damnata ab origine culpæ?
Aut quæ non proprio crimine facta nocens?
Aue certe ille ipse es propriū cui parcere semper
Iusticiamq; pari qui pietate tenes:
Præmia qui ut meritis longe maiora rependis/
Supplicia admisisis: sic leuiora malis.
Namq; tua est nostris maior clemētia culpis/
Et dare nō dignis res magi digna deo est.
Quamq; sat digni: si quos dignatur amare
Qui quos nō dignos inuenit: ipse facit:
Ergo tuos: placido miserans precor aspice uultu
Seu seruos mauis: seu magis esse reos:
Nempe reos: nostræ si spectes crimina uitæ
Ingrata nimium crimina mentis opus:
At tua si potius in nobis munera cernas/
Munera præcipuis nobilitata nobis
Nos sumus ipsa olim tibi quos natura ministros
Mox fecit natos gratia sancta tuos.
Sed præmit (heu) miseros tantæ indulgentia sortis:
Quos fecit natos gratia: culpa reos:
Culpa reos fecit: sed uincat gratia culpam/
Ut tuus in nostro crimine crescat honor:
Nam tua siue aliter sapiētia: siue potestas
Nota suas mundo prodere possit opes/
Maior in erratis bonitatis gloria nostris
Illeq; præ cunctis fulget amādus amor:
Qui potuit cælo dominū deducere ab alto/
Inq; crucem summi tollere membra deis:

Vt male cōtractos patrio de semine sordes
Ablueret lateris sanguis & unda
Sic amor & piecas tua rex mitissime/ tantis
Dat mala materiam sub peditare bonis.
O amor o pietas nostris bene prouida rebus
O bonitas serui facta ministra tui
O amor o pietas nostris male cognita seclis
O bonitas nostris nunc prope ficta malis:
Da precor huic tanto/ qui semper seruet/ amori
Ardorem in uestris cordibus esse parem:
Da sathane imperiū: cui tot seruisse per annos
Penitet/ excusso deposuisse iugo.
Da precor extingui uelanae incendia mentis
Et tuus in nostro pectore iuuat amor:
Et cum mortalis perfunctus munere uitae
Ductus erit dominū spiritus ante suum
Promissi regni felicitate potitus
Non dominū, sed te sentiet esse patrem.

FINIS.

Vper accidit quod & ipse probavi: iudæos p
n inuidiã se / suosq; posteros / crudeli damnatiõe
peremisse. Cum enim haberent eorū patres
promissionē: q; deus eorum illis mitteret de cælo san-
ctum suum / qui rex eorū merito diceretur. Hūc secū-
dum pmissionem inter nos misit de uirgine natum.
Me itaq; in Iudæa præsidete cū audissent hūc Iudæi
cæcos illuminasse: leprosos mūdasse: paraliticos cu-
rassse: demones ab hominibus fugasse: mortuos susci-
tasse: imparasse uentis: siccis pedibus sup undas ma-
ris ambulasse: & multa alia miraculoꝝ signa fecisse.
Et cum multi de populo Iudæorū hūc filium dei cre-
didissent: inuidia contra eum principes sacerdotū ex-
arsi sunt: & scribe pharisæoꝝ: & tenētes eum tradide-
runt mihi præsidi: & alii pro aliis menciētes illum
magum esse dixerūt: & contra eorum legem facere.
Ego autē eoꝝ uerbis credidi: & eorum arbitrio illum
flagellatū tradidi. Illi uero in ligno eum crucifixerūt:
& mortuū sepeliētes. Custodes prætorii mei milites
posuerūt: & signantes monumentū abierunt. Ille autē
a mortuis tertia die resurrexit. In tantū deniq; exarsit
Iudæorū iniquitas: ut militibus meis darent pecuniã
dicentes. Dicite quia eius discipuli corpus ipsius no-
tēte furati sunt. Milites autē cum pecuniã accepissent
nec tacere potuerūt factum quod fuerat sed de sepul-
chro resurrexisse testati sunt: & a Iudæis se pecuniam

21
accepisse: & ad dicendum contrarium. Ideo suggero
Regi ne quis tibi ueritatem scienti menciatur: & ne
estimes me credere mendaciis Iudæorū: potestati tuæ
omnia quæ gesta sunt de Iesu in prætorio meo notifi-
co per præsentēs: & Vale.

De statura Christi Octauiani tēporibus Cæsaris ex
uniuersis mūdi partibus illi qui prouinciis præerāt
Senatoribus scribebāt quæ Romæ erāt de no-
uitatibus quæ occurrebāt per mūdi climata.
Quidā Lētulus nomie in partibus Iudææ
Herodis regis habens officiū Senato-
ribus de Christo scripsit.

Paruit istis tēporibus: & adhuc est homo
a magnæ uirtutis nomiatuſ Christus Iesus: qui
dicitur a gētibus propheta uirtutis: quē eius
discipuli uocant filium dei: suscitās mortuos: & sanās
languentes: homo quidē stature proceris mediocris
& spectabilis: habens uultū uenerabilē quem intuēs
diligere possit: & formidare capillos: habēs nucis co-
loris auelanæ præmaturæ: & planos fere usq; ad au-
res. Ab auribus uero crines aliquantulū crispōs ceru-
liores ab humeris uentilātes & fulgētiores discrinōs
habens capitis in medio iuxta morem Nazareorum
planā frontem cum facie sine ruga & aliqua macula:
serenissimam q̄ moderatus color uenustat: nasi orisq;
nulla est prorsus repræhensio: barbā habens impu-
berem & copiosā capillis cum colore non longam

sed medio bifurcatā: aspectū habēs simplicē maturū:
oculis glaucis uariisq; claris existētibus: in increpati-
one terribilis: in admonitiōe blādus & hilaris: seruata
gauitate: qui nunq̄ ridere uisus est: flere autē saepe: in
statura corporis rectus & ppagatus: manns habens
& brachia: uisu delectabilia in colloquiis grauis / &
modestus: inter filios hominū speciosus.

Quāq̄ hęc de Annalibus Romanorū excerpta uul-
go dicunt. Laurētius Valla tamē (ne te fugiat) censor
acerrimus parū fidei hiis habere solet: ait enī Epistolā
Lentuli nomine de effigie Christi (ut suis uerbis utar)
improbe e mentitā.

Iosephus quē Iudæi Yocefon Bengorion uocāt libro
xviii: antiquitatū. C. xiii. describēs tēpus imperii Ty-
berii Cæsaris sup orbē: & Pilati eius pcuratoris in iu-
dæa postq̄ trāstulit imaginē Tyberii in Ca saream
de Christo sic testificatur: cui concordat Eusebius de
ecclesiastica potestate libro primo. C. xiiii.

Vit isdem tēporibus Iesus uir sapiēs si tamen
f eū uirū nominari phas est. Hic erat mirabiliū
effector operū: & eorū doctor hominū q̄ quæ
uera sunt libenter audiūt: & multos quidem Iudæorū
multosq; etiā ex gētilibus sibi adiūxit. Messias hic erat
hūc ad primorū nostræ gentis uirosq; accusationē cū
Pilatus in cruce agendū esse deceuisset nō desuerūt
q̄ ab initio eū dilexerāt. Apparuit enī die tertia iterū
uiuus secundū q̄ diuinitus inspirati pphete uel hęc


uel alia de eo innumera miracula esse futura prædixe-
rant: sed & in hodiernū Christianorū diem qui ab ipso
nuncupati sunt & nomē genusq; perseverat.

Andreas Misbeck Eustachio suo. S.

Ozitati mihi festiuissime Eustachi quo te
c papyraceo munere: quod pro tuo palato ho-
nestam ueritatem cū elegātia simul peritiā cū
religiōe/coniunctā haberet: hoc sacro tēpore cōmo-
di⁹ subornarē. En obuiū sese optato ferebat Baptistæ
Regiensis Episcopi Maroniano lepore insigniter in-
structi/ non deuotum minus q̄ perornatum carmen.
Quo sane usquequaq; nedum funesta dominicæ pas-
sionis hebdomada tibi phas est uti. Pertractat enim
non aureum seu (ut rectius loquar) ludicrum Apuleii
asinum. Non prodigiōsa Luciani figmēta. Nō deniq;
prophanā Tagi crucem: nec uulnera uanasq; deorū
futilium torturas. Verū augustissimā crucis ueri dei:
atq; funeris historiā. horrificaq; eius tormenta lucu-
lente perstringit. Has itaq; crucis opes. Hæc Christi
funeris dona/ cum cæteris ad deuotionem cōquisitis
quæ in unum corpus coaluerunt pro tuis in me mul-
tiugis meritis placido uultu ac fronte hilario accipe:
dum uacat lege/ profectum uero ex iis immodicū ac-
celsisse tibi tum agnoscas: cum in amarissima redem-
ptoris Cruce impendio profeceris. Conciliat rerum
opifex deus credentiū pie uotis: Inuocatur supplicis:

auro placatur & thure: flectitur ieiuniis: propiciatur
larga inopum stipe. At nihil esse sacris litteris prodi-
tum est quo magis quis perlitare eidemq; ipsi gratifi-
cari queat q̄ iugi ac deuota sauisimorū uulnerū me-
moria. Iam uale religionis candor & munus haud ie-
iunum / ieiunio tamē consentaneū oppido amplecte-
re: ac profice. Viennæ ex Collegio Ciuium. Anno a
partu uirgineo Sesquimillesimo undecimoque.

Viennæ Pannoniæ in Calcographa officina Hiero-
nymi Philouallis: & Ioan. Singrenii: uiuidis
typis expressa. Impensa Leonardi
Alantse. Bibliop. Viennēsis.
Nonas Aprilis.



OPRAWĘ WYKONANO

w prac. introl. konserwat.

Biblioteki „Ossolineum“

Data 30.3.66 podpis *Urych*

9723
10

